



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

31. Martij. Pridie Cal. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

œs vita carnalis illecebras. Et vin-
cat dulcedo dulcedinem, quemadmo-
dum clavum clavus expellit.



31. Martij. Pridie Cal. April.

B. LUDOVICE: qui dum in sæculo *Obiit*
divitijs adhuc & voluptatibus im- *anno*
mersus, emergere ex letali morbo de- *1219.*
sperares ope humana, & divinam con-
fugiens, te Ordini Cisterciensi devovi-
sti; inter ipsa votum exprimentia ver-
ba, momento integræ sanitati restitu-
tus. Itaque uxorem, tuæ pietati nihil
refragantem, relinquens, in monaste-
rio Heisterbacensi sacrum Ordinem, &
simul verum paupertatis amorem am-
plexus es. Et quemadmodum celeri
prodigo à corporis ægritudine conva-
lueras; ita ad miraculum piam, auste-
râmq[ue] vitam instituisti, citato cursu
progrediens de virtute in virtutem, us-
que in senium, atque ipsam mortem,
quam exultans, & jubilans obiisti. *Mo vove,*
nitum illud Regij Vatis: Voyete, & red sed red-
dite: eâ diligeniâ obseruâsti, quâm scio, de
etiam mihi pari solicitudine cordi esse debe-
re. Et uinam fideliter obedienium præ-
mia, ac desidiosorum pœnas sapienter in ani-

*Voto co-
cepto,
subiud
ex mor-
bo con-
vale-
scit.*

236 ANNI CISTERCIENS.

mo meo revolerem! majorem utique cu-
ram ac sedulitatem aut spes aut metus in
me parerent.

Obiit

anno

1155.

Etiam

mortui

illi obe-

diunt.

Peccatū

est pro-

digium

piam:

ut nimirum

à prodigiosa

vivendi

ratiōne abstineam.

Quid enim magis pro-

digiosum,

quam hominem contemnere sum-

num bonum,

& amare summum malum?

cœlum permutare cœno,

hoc est,

deliberat

Deum offendere?

Hic tu mihi frenum in

plenitudine potestatis injice.

Floruit

anno

1196.

B. GOSWINE: qui ex Abbatia Bonævallis Viennensis vocatus, toti Familiae Cisterciensi præfектus es: Superiorum Generalium quinto ordinis loco insertus. Quanti ponderis auctoritas tua fuerit; vel ex hoc uno colligi potest; quod Thaumaturgo BERNARDO(qui leges Orbi, elementis, & vix non cœlo vivus dabant) tu mortuo imperasti; ne porrò miracula patrare pergeret; disciplinæ regulari; quam ab acurrentium nimia multitudine turbari videras, gloriam Ordinis, & supplcum salutem, divino utiq; zelo, postponens. Aliud ego à te præceptum accidit piam: ut nimirum à prodigiosa vivendi ratione abstineam. Quid enim magis prodigiosum, quam hominem contemnere summum bonum, & amare summum malum? cœlum permutare cœno, hoc est, deliberat Deum offendere? Hic tu mihi frenum in plenitudine potestatis injice.

B. SAPIENTIA, Abbatissa Montis Cornelij, in agro Leodiensi: quæ S. Julianam, multasque alias sanctitatis titulo claras Virgines, DEO & sacro Ordini consecravisti. Felix omnino mater, tam illustri filiarum multitudine

dine fœcunda: sed non infelior, ubi
inter carundem, & cœlestium spiritu-
um purissimas manus, animam emisi-
sti. Impetra mihi ab Æterna Sapientia
Christo Jesu veritatem tui nominis: ut ni-
mirum mihi terrenum nihil sapiat: sapien-
ter à malo declinem: studeam cum sapien-
tibus virginibus habere oleo bonorum ope-
rum ornatā animæ lampadem: non aliter
nempe cum illis admittendus ad nuptias.

Sapien-
tia.

S. BERNARDUS, ser. 20. in Cane.

*N*e mundi gloriâ, seu carnis volu- Chri-
ptatibus abducariſ; dulcescat tibi præ stus Sa-
pientia, his Sapientia Christus. Ne seducariſ Veritas
& Vir-
spiritu mendacij, & erroris; lucescat tuſ.
tibi Veritas Christus. Ne adversis fa-
tigeris; confortet te Virtus Dei Christus.



ANNI